

fundamenta vel maximè perspicua: & sanctissimi- Exod. 6, 3.
 mo illi ac planè creaturis omnibus ἀκρινωνήτω,
 quin ipsis quoq; Patriarchis incognito DEI nomi-
 ni יהוה Iehovah, quod nihil aliud, quàm Es-
 sentiam significat, equipollet.

24. Quam propriissimam nominis sui notam,
 DEVS ipse, Moysi percontanti, Quis esset, re-
 velavit, respondens יהוה אֲנִי אֲהִיָּהּ hoc
 est, ero Qui ero, vel sum Qui sum: Item
 Dices filijs Israel: יהוה אֲנִי אֲהִיָּהּ Ero, sive, Qui est, Exod. .3.
 misit me ad vos. 14. 6, 3.

25. Quæ verba rectissimè Septuaginta Inter-
 pretres reddiderunt, ἐγώ εἰμι ὢν, Ego sum Iacob. 1,
 ille ens: Futurum nimirum tempus verbi He- 17.
 braei, per talem præsentem existendi actum desi-
 nientes, qui omnem planè variationem & πα-
 ραλλαγὴν excludat.

26. Hinc in Apocalypsi hoc nomine Iehovah ipse
 sese appellitat, dicens: ἐγώ εἰμι ὁ ὢν, Ego
 sum ille qui EST: & quatuor animalia in suo
 perpetuo trisagio subinde idem repetunt: San-
 ctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus o-
 mnipotens, ὁ ὢν Qui est, Qui ERAT, &
 qui venturus est.

27. Quare concludimus Deum simplicissimam
 & purissimam esse Essentiam: quæ uti est ὄντο-
 φως καὶ αὐτοῦσι, à se ipsa, in se ipsa &
 D S per